



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Quæstio tertia. Vtrum dolor passionis Christi fuerit maximus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

tionem passionis prius posita. Minor similiter patet. Cōstat enim quod in Christo fuit vera passio corporalis abiciens illud quod erat conueniens naturae corporis, sicut fuit diuino carnis per clauos, quae soluebat continuitate partium corporis, nec dubium quin Christus hanc senserit cum assum pterit animā perfectam secundū omnes vires suas naturales. Ad hanc autē apprehensionem necessario sequebatur, quantum est ex cursu naturae motus appetitus sensitiui secundum conuenientiam apprehensionis, scilicet secundū rem, siue ad illud quod erat apprehensum, ut nociuū & malum, quare, &c. Secundo patet idem sic, dolor, tristitia, timor & ira sunt vere passiones, sed in Christo fuerunt haec omnia, quare &c. Maior de se patet. Minor probatur quantum ad singula membra ibi contenta. Primo de dolore, per illud quod habetur Esa. 53. verē languores nostros ipse tulit. Et dolores nostros ipse portauit. Et per rationem patet, quia dolor sensibilis causatur proprie ex percipiēde eius quod laedit temperamentū corporis. Et haec perceptio est per se loquum tactum, qui inter alios sensus est discretiuus eorum, quae concurrunt ad temperamentū corporis, Constat autem quod in Christo fuit aliquod legitimum temperamentū corporis, quia percipiebatur per tactum qui fuit in Christo semper animus, ergo sequebatur ad hoc verus dolor: similiter de tristitia patet per illud quod habetur Mat. 26. Tristis est anima mea usque ad mortem. Et per rationē, quia scilicet dolor causatur ex laesione sensus tactus percepta. Sic tristitia causatur ex nociuo naturali, seu ex malo apprehenso per imaginatiōem, vel aliquam virtutē interiorē: sed talis apprehensio fuit in Christo, frequenter enim fuit imaginatus mortem antequā pateretur, ergo fuit in eo vera tristitia. De timore etiam patet per illud quod habetur Mat. 13. Coepit pauere, & dolere. Et per rationē, quia sicut ex apprehensione mali praesentis causatur tristitia, sic timor ex apprehensione mali futuri, sed talis apprehensio fuit in Christo, ergo & talis timor. De ira patet similiter per illud quod habetur in Psalm. & applicatur Christo Ioan. 2. Zelus domus tuae comedit me. Zelus autē est species irae. Quum ira distinguitur in irā per zelum, & irā per vitium. Et idem apparet per rationem sic, posita causa sufficiens ponitur effectus, sed tristitia est causa sufficiens irae. Ex tristitia enim alicui illata oritur appetitus repellendi vel vindicandi iniuriā factam. Quum ergo in Christo fuerit tristitia, ut dictum fuit, cōsequens est, ut in Christo fuerit ira. Et sic patet minor sequitur ergo conclusio, quod in Christo fuerit vera passio, quae est motus appetitus sensitiui: & sic patet primum.

¶ Q V A N T V M ad secundum dicendum est quod istae passiones fuerunt aliter in Christo, quā in nobis, quantum ad tria. Primo quantum ad obiectum, quia in nobis huiusmodi passiones frequenter tendūt in illicita, in Christo autem nunquā fuit sic. Secundo quantum ad principium, quia haec passiones frequenter praueeniūt in nobis iudicium rationis. Sed in Christo nullus motus appetitus sensitiui prauenit iudicium rationis: propter quod in ipso huiusmodi passiones nō fuerunt culpabiles ira enim praueniens iudicium rationis culpabilis est, & vocatur ira per vitium, secundū quam homo dicitur operari. Nam operatio attribuitur primo mouētī. Et de hac dicitur Iac. 1. quia ira viri iustitiam Dei non operatur. Et talis ira nō fuit in Christo, ira autē sequens iudicium rationis, quae est appetitus vindictae, prout ratio indicauit, dicitur ira per zelum, & talis nō est vitium, & fuit in Christo. Tertio fuerunt differenter passiones in Christo & in nobis quantum ad effectū, quia huiusmodi passiones quandoq; in nobis non sistant in appetitu sensitiuo, sed redūdant in rationē, ira, vt eam perturbent & eam retrahant quandoq; a sua rectitudine: non sic autē fuit in Christo, quia huiusmodi motus ex diuina dispositione sic subsistebant intra limites appetitus sensitiui quō nullo modo impediatur, vel perturbabatur ratio ex eis, quin ageret ea quae conueniebant. Et ideo magis dicitur fuisse in Christo secundū propassione, quam secundum passionē, propassio enim dicitur quasi inchoata passio. Sed passio absolute dicitur consummata passio & perfecta. Et quia vltima cōsummatio motuum appetitus sensitiui est prosecutio rei appetitae, quae non cōtingit nisi ratio per passionē abstrahatur a sua rectitudine, ideo in nobis ubi hoc accidit, tales motus dicuntur passiones:

& hoc inueniat scriptura dicens, quod coepit contristari & moritur esse. Vbi dicit Hieron. quod dominus nosset vt veritatem probaret assumpti hominis, verē quidē contristatus est, sed ne passio in illius dominaretur animo per propassione, dicitur quod coepit contristari, vt passio perfecta intelligatur, quādo animo, id est, rationi dominatur: propassio autem est quasi inchoata in appetitu sensitiuo, sed vterius non procedit, & sic patet secundum.

¶ T E R T I V M patet, scilicet quod in Christo fuerit passio, prout dicit motum voluntatis, quia sicut ex apprehensione disconuenientis secundum sensum causatur motus appetitus sensitiui secundum conditionem apprehensionis, ira ex apprehensione disconuenientis per intellectum causatur motus voluntatis secundum conditionem apprehensionis, sed in Christo fuit apprehensio aliquorū disconuenientium, & quae iudicabantur talia secundum rationem: ergo in Christo fuit motus voluntatis secundum conditionem talis apprehensionis: motus autē voluntatis conueniens tali apprehensioni est motus displicentiae: ergo in Christo fuit talis displicentia, quae largē potest dici passio. Maior de se patet, & minor declaratur, Christus enim per partem intellectuam apprehendit aliquid quod disconuenientia sibi, puta mortem propriam, vel tribulationem discipulorum, & huiusmodi, quare &c.

¶ Qualiter autē potuerit in Christo esse nolle mori & velle mori, oblati enim est, quia voluit, vt dicitur Esa. 53. Aduertendū est quod ratio potest ferri in aliquid dupliciter. Vno modo in se & absolute: alio modo in ordine ad aliquid quem finem. Primo modo accipitur ratio, vt natura, maxime cum considerat illud quod est nociuum, vel conueniens naturae secundū se. Secundo modo sumitur ratio, vt ratio in quantum iudicat de aliquo secundū relationem ad finem. Primo ergo modo, ratio in Christo iudicabat mortem esse sibi disconuenientem, sed secundo modo iudicabat eam esse conuenientem propter finē, scilicet propter salutem humanā. Et quia primus actus respectu secundū est imperfectus, & quasi secundū quid: vnde non est iudicium finale, sed conditionatū, sicut si dicerem iudico quod bibere medicinā amaram est malū secundū se, sed bibere eam propter sanitatē est bonū expediens, sic actus voluntatis sequens primū actum rationis est imperfectus, & secundum quid respectu secundū: vnde non est nolle simpliciter, sed secundum quid, & conditionatū. Vnde Christus conditionaliter dicit, vt habetur Mat. 26. Pater mihi, si possibile est transeat a me calix iste, addens. Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu, loquens primū de voluntate naturali & conditionata: & subiungens voluntatē quae erat voluntas simpliciter & cōformis voluntati diuina. Vnde patet, quod haec voluntates cōpariebatur se in Christo nolle mori voluntate naturali, & velle mori voluntate deliberata.

¶ A D primum arg. dicendum quod tota anima Christi secundum omnes potentias non fuit a principio beata, sed solum secundum superiorem rationem, secundum rationem autem inferiorem, & secundum vires sensitiuas perturbabatur agere & pati ea quae erant eis propria, vt dicit Damasc. lib. 3. Cuius ratio est, quia ut dictū est supra, Christus assumpsit naturam nostram, vt in ea nos redimeret. Et ideo talem assumpsit, qualem oportuit esse ad finē nostrae redemptionis: & quia redemptio nostra fuit per modum satisfactionis, quae fit per opera penitentialia, ideo oportuit quod non tota esset glorificata, sed pro parte passibilis.

¶ Ad secundum dicendum quod illud quod proprie patitur, vel agit passione, vel actione naturali est compositum, licet principium agendi sit magis forma & patientia materia loquendo de actione & passione naturali, sed loquendo de passione animali quae aliquo modo est actio, ratio patendi est magis anima quam corpus seu materia. Quia talis passio non est nisi motus appetitus sequens apprehensionem nociui, & de tali passione hic modo loquimur.

Q V A E S T I O T E R T I A.

Verum dolor passionis Christi fuerit maior omnibus doloribus.

Tho. 3. q. 46. art. 6. q. 3.

Tertio quaeritur, vtum dolor passionis Christi fuerit maior omnibus aliis doloribus. Et videtur quod non, quia in his quae Christi sunt nihil fuit superfluum, virtus

Inf. d. 16. q. 20

Inf. d. 17. q. 1

virtus enim ponit medium in passionibus, Christus autem fuit virtuosissimus. Sed minimus dolor Christi sufficit ad salutem generis humani, ergo superfluum fuisse Christum sustinuisse magnum dolorem, quod est inconueniens.

2 Item dolor vel tristitia si sit vehemens non solum impedit delectationem contrariam, sed quancumque (vt habetur. 7. Ethic.) Si ergo dolor passionis Christi fuit maximus, impediuit delectationem fruitionis: hoc autem est inconueniens, ergo &c.

3 Item dolor passionis Christi attenditur secundum gravitatem & diuturnitatem passionis, sed aliqui sancti martyres sustinuerunt diuturniores, & grauiores passiones quam Christus vt Laurentius & Vincentius, ergo dolor passionis Christi non fuit maximus.

4 IN contrarium est quod di. Tre. 1. O vos omnes qui transit per viam attendite si est dolor sicut dolor meus.

5 Arguitur etiam per rationem. Virtuosus summe diligit vitam suam, sed amittere id quod est summe dilectum est summe dolorosum, ergo &c.

6 **RESPONSIO.** quauis dolor stricte acceptus sit passio appetitus sensitui sequens laesionem tactu perceptum: tamen dolor largè loquendo sumitur quandoque pro passione sequente apprehensionem nociui factam per quancumque potentiam interiore vel exteriori, sensitiuam vel intellectiuam, & sic accipitur nunc. Dicenda sunt ergo duo circa questionem istam. Primum est an talis dolor fuerit in Christo maximus. Secundum est vtrum in aliquo diminuerit gaudium fruitionis.

7 **CIRCA** primum dicendum est quod dolor Christi potest comparari ad dolorem damnatorum, & ad dolorem viatorum. Si comparatur ad dolorem damnatorum tunc non fuit maximus, sed eo minor. Cuius ratio est quia sicut se habet gloria beatorum ad bona presentis vite, sic se habet miseria damnatorum ad penas & miseras huius vite, sed gloria beatorum excedit omne bonum presentis vite, ergo pena & miseria damnatorum excedit omnes penas & miseras huius vite. Si autem dolor Christi comparatur ad dolorem viatorum sic fuit maximus. Quod patet tripliciter. Primum ex conditione obiecti doloris. Secundum ex conditione subiecti patientis. Tertio ex generalitate passionis. Ex conditione obiecti doloris sic, quia quantum ad dolorem sensibilem obiectum fuit laesio corporis per crucifixionem que laesio est acerbissima quia confixus fuit in locis nervosis & maxime sensibilibus, scilicet, in manibus & pedibus, quam acerbitate augebat continuè pondus corporis dependentis, & diuturnitas passionis, quia crucifixi non statim moriuntur, sicut qui gladio interficiuntur.

8 Quantum autem ad dolorem interiore causa seu obiectum fuit casus Iudaeorum in eius mortem delinquentium & scandalum discipulorum eum relinquentium, & amissio vite que naturaliter est horribilis naturae humanae. Patet secundo idem ex conditione subiecti patientis, quia quanto corpus est melius complexionatum tanto anima est magis doloris perceptiua, sed corpus Christi fuit optime complexionatum, quia immediate fuit formatum à Spiritu sancto, quae immediate autem facta sunt à Deo optime facta sunt vt congruit suae speciei sicut dicit Chrysost. de vino in quo Christus conuerit aquam in nuptiis, ergo anima eius quantum ad vires eius interiores & exteriores efficacissime apprehendebat omnes causas doloris & tristitiae. Ex hoc autem causatur maior dolor, quare &c.

9 Tertio patet idem ex generalitate passionis: passus autem est in animam per tristitiam tadium & timorem, & in corpore per vulnera & flagella, & per totum, scilicet in capite per coronam spinarum pungentium, in manibus & pedibus per fixuram clauorum in facie per sputa & alapas, in residuo corpore per flagella. Passus etiam fuit secundum omnem sensum corporum, secundum tactum quidem flagellatus & confixus, secundum gustum felle & aceto potatus, secundum olfactum in loco foetido cadauerum mortuorum appensus, scilicet in loco Caluariae, secundum auditum laesitatus blasphemis irridentiis, secundum visum videns matrem & discipulum quem diligebat fratres. Ex quibus omnibus simul iunctis & non ex vno tantum apparet dolorem passionis Christi fuisse maximum, & sic patet primum.

10 **QUANTVM** ad secundum dicendum est quod dolor

passionis in nullo minuebat delectationem fruitionis. Cuius ratio est, quia dolor vel tristitia non impediunt delectationem vel gaudium nisi dupliciter. Vno modo per modum contrarietatis, & tunc vnum totaliter tollit alteri eo quod contrarium non possunt simul esse. Alio modo per modum redundantiae, secundum quod actus vnius potentiae redundat in alterum, eo quod omnes potentiae radicantur in eadem essentia animae: & tunc minuit alterum, sicut valde audenti ad aliquid non plene aduertunt de his quae transeunt ante oculos eorum. Et similiter est de his quae sunt circa appetitum. Neutrū autem istorum fuit in Christo, quare &c. Minor probatur, quod enim dolor sensibilis non fuerit contrarius gaudio fruitionis, patet, quia contraria non se impediunt nisi circa idem: sed dolor sensibilis, & gaudium fruitionis non fuerunt in anima secundum eandem potentiam, sed vnum secundum potentiam sensitiuam, aliud secundum potentiam intellectiuam, comprehendendo sub intellectu & sensu appetitus sequentes: ergo non fuit ibi impedimentum per modum contrarietatis. Et idem dicendum est de omni tristitia quae fuit in Christo, secundum partem sensitiuam: de ea autem quae fuit secundum partem intellectiuam, similiter dicendum est quod non fuit contraria gaudio fruitionis, quia gaudium & tristitia de alio & alio obiecto non sic opponuntur, sed gaudium fruitionis fuit de deo viso: dolor autem & tristitia fuerunt circa obiecta creata, sed vnum non impediunt alterum per modum contrarietatis. Item nec per modum redundantiae, quia sicut dictum fuit ex dispensatione diuina fuit hoc specialiter in Christo, quod permittitur vnicuique parti agere, & pati ea quae erant vnicuique propria: propter quod ex gaudio fruitionis non erat redundantia in inferiores partes ad mitigandum dolorem passionis, nec ex dolore passionis fuit aliqua redundantia ad minuendum gaudium fruitionis.

11 Ad primum argu. dicendum quod dolor Christi si cet fuerit maximus, non fuit tamen superfluum, medium enim quod ponit virtus inter superfluum & diminutum, non attenditur secundum quantitatem rei, sed secundum proportionem ad rationem, scilicet vt passio non excedat regulam rationis: ratio autem ponit regulam in his quae sunt ad finem ex ipso fine. Et quia finis passionis Christi fuit liberatio generis humani non per solam potestatem, sed per istam satisfactionem: ideo Christus debuit sustinere non solum tantam penam quantum sufficeret ratione deitatis vnitae, sed quanta sufficere deberet ratione humanae naturae ad tantam satisfactionem assumptam: & illa pena debuit esse maxima, quam esset pro peccato totius mundi satisfactoria. Item Christus passus est non solum ad satisfaciendum pro peccatis, sed ad praebendum exemplum ad sustinendum quaecumque tristitia & dolorosa pro ascensione gloriae, ad quam consequendam non sunt dignae passiones huius temporis, vt dicitur Rom. 8. Et ideo congruum fuit quod pateretur non solum dolorem paruum, aut mediocre sed maximum.

12 Ad secundum dicendum quod verbum Philosophi habet veritatem ratione redundantiae quae naturaliter fit ab vna potentia in aliam, sed talis redundantia non fuit in Christo, vt dictum fuit supra. Et ideo dolor eius fuit maximus, quia purissimus, & nulli delectationi admixtus.

13 Ad tertium dicendum quod nihil prohibet aliquos martyres sustinuisse maiorem dolorem, quantum ad aliquas particulares conditiones, sed quantum ad omnes causas doloris, nullus sustinuit aequalem dolorem dolori Christi.

Sententia huius distinctionis, XVL
in generali & speciali.

Hic oritur questio. Superius determinauit Magister de defectibus quos Christus cum natura humana assumpsit. Hic inquit per quem modum illi defectus in Christo fuerunt, vtrum scilicet fuerint in eo necessitas patiendi, vel moriendi. & diuiditur ista pars in duas. Primum ostendit quod Christus necessitatem moriendi voluntarie assumpsit. Et quia talis necessitas ad statum hominis pertinet, ideo secundo dicit quod Christus de singulis statibus hominis, qui sunt quatuor, aliquid accepit ibi, Et notandum est hic Christum. Prima in duas. Primum mouet questionem & arguit. Secundo eam soluit & solutionem confirmat ibi, ad quod dici potest. Haec est di. &c.